

Caro 15 or 2

DECISIONVM CONSISTORII

SACRAE REGIAE CONSCIENIAE
REGNI SICILIAE.

LIBRI TRES.

IN VNVM CORPVS AD COMMODIOREM
VSVM HAC VLTIMA EDITIONE REDACTI,

DON GARCIA MASTRILLO CAESARIBI
Pontificij Juris Doctore, in eodem Supremo Tribunali Iudice,
Regioq. Sacri Regij Consilij Consiliario.

A VCTORE;

QVORVM PRIMO ACCEDIT RESPONSVM EIVSDEM PRO
Matre Clarissimorum Virorum Comprobatione Munitum, in Materia
Praelationis Vassallorum contra Dominum.

AB EODEM IAM AVCTORE VARIIS ADDITIONIBVS AVCTI ET
a quatuordecim, quibus sacra secebat, erroribus castigati.

CVM SYMMARIIS, ARGVMENTIS, AC INDICE AMPLISSIMO RERVM
omnium notabilium, qua in his tribus libris vna completissime continentur.

CVM PRIVILEGIO.

Num. 44. Cap. 7.

Num. 8. 1/2.



VENETIIS, Apud Iudicem M. DC. XXII.



PER ILLUSTRIS DOMINO
D. IOANNI BAPTISTAE
VALENZVELA VELAZQUEZ,
IN NEAPOLITANO REGNO REGIS,
à Latere Consiliario, & Regiam Can-
cellariam Regenti.

Felicianus Raimundus Felicitatem. P.



DECISIONVM Codices duo à D. Garfia Ma-
strillo, viro doctissimo, & in Siciliae Regno olim
supremi fori (quod Consistorium Sacrae Regiae
conscientiae appellant) Consiliario dignissimo;
assiduis lucubrationibus elaborati, atq; ab eo-
dem in lucem editi, nunc iterum vna cum tertio
Codice, licet posthumo, & nunc primum è domesticis educto
vmbri, in publicam lucem quasi in Apollinis templum euocan-
tur: vt quam gloriam auctore superstite, plausumq; ceperant;
eandem nunc, fortasse etiam maiorem noui splendoris accessio-
ne suscipiant. Quamobrem optime suae dignitati consulere vi-
deri possunt, si non circumforaneum quemlibet sibi patronum,
aut mediocribus ingenij virtutibus instructum eligant: sed eum,
à quo paribus ac singularibus sapientiae ornamentis illustrentur.
Plures mihi huiusmodi viri venerunt in mentem: sed tacito quo-
dam & clandestino sensu virtutis, & propensione quadam con-
ceptae de te existimationis, omnes praetergressus, te vnum ad li-
brorum horum additamenta gloriae postulavi. Ac iure id qui-
dem: tu enim & generis nobilitate, & splendore sapientiae, &
Magistratus dignitate, & vitae integritate, & libris scriptis, au-

ctoris



DECISIONVM

CONSISTORII

SACRÆ REGIÆ CONSCIENTIÆ

REGNI SICILIAE.

LIBER PRIMVS.

DON GARSIAE MASTRILLO CAESAREI PONTIFICIQ. IVRIS
Doctore, in eodem Supremo Tribunali Iudice, Regioq. Sacti Regij Con-
siliij Consiliario Authore.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Filia dotata excluditur à successione feudi per Constit. In aliquibus. Amplia in feudo materno, n. 2.*
- 3 *Dos de paragio non competit filijs viuentis patre, vel matre. Lunita, n. 4.*
- 5 *Dos de paragio transmittitur ad heredes.*
- 6 *Dos de paragio an debeatur nepti.*
- 7 *Non potest petere adiutorium à vasallo pro maritanda nepte.*
- 8 *Dos de paragio succedit loco legitimæ.*
- 9 *Dos de paragio an debeatur à refutatorio. Contra, n. 10.*
- 11 *Refutatio feudi an valeat refutatio vsufructu.*
- 12 *Donatio non seruatis conditionibus, an refutetur.*
- 13 *Stipulatio quando transeat ad heredes.*
- 14 *Heredes non admittuntur nisi fuerit acquisitum ius per desuultum.*
- 15 *Dotationis tempus, an mortis inspiciatur in taxanda dote.*
- 16 *Melior actio facta post refutationem, an sint deducenda in taxatione dorum de paragio.*
- 17 *Dos de paragio qualiter sit taxanda, si numerus liberorum sit ultra quattuor, & n. 19.*
- 18 *Onera legitimæ, quando deducantur, remissiuè.*
- 20 *Scilicet vltimus est seruandus in iudicij.*

ARGVMENTVM.

Dos de Paragio, an debeatur nepti ex filia præ-
mortua; & an sit tertia tertiarum, si filij
sint ultra quattuor.

DECISIO PRIMA.



LL. Don Cesar Gaetano, Marchio Xur-
tini, tamquam pater, & legitimus admi-
nistratoz Donnæ Ioannæ Gaetano, &
Aragonæ eius filij, ex duobus præcipue
fundamentis petebat in Consistorio,
vbi causa per viam salus fuerat introducta, sibi taxa-
ri dotes de paragio competentes super Marchionia-
tu Fabarie, ad scuta triginta quattuor mille, & pri-
mo vti hæredi Donnæ Annæ eius matris, filij Dein-
næ Mariæ Marchionissæ, cui status prædictus fuerat
refutatus per Donnâ Ioannam sororem: nam tem-
Doct. Gars. Mastri. Pars 1.

re refutationis prædictæ factæ in personam matris,
erat filia, quæ non nisi dotata ex Constit. Regni,
1 Vt de successioneibus, & in aliquibus excludi poterat
à feudo, quæ quidem dotes etiam super feudo ma-
2 ternio debentur, quotiescumque femina à masculo
excluditur. *Petr. de Gregor. de dot. de parag. quest. 20.*
D. Ioann. Francisc. de Ponte, conf. 74. nu. 8. vbi ita deci-
sum fuisse refert, post Afflict. ibi relatum in Constitut. In
3 *aliquibus, & licet patre, vel matre viuentis peti à filia*
non possint, vt dixit *text. expressus de Constit. In aliqui-*
bus. vbi Andr. & Affl. & post eos Minad. in 6. notab.
Loffred. conf. 26. nu. 15. & conf. vlt. Petr. de Gregor. in
4 *tract. de dot. de paragio, quest. 25. nu. 6. Decianaresponso*
6. n. 30. vol. 1. & nihilominus eas assignare potest pa-
ter, vel mater in vita, vt dixit *idem Petr. de Greg. d.*
5 *q. 25. n. 12. & passim in legitima dicunt Doct. omnes;*
Cum igitur fuerit dos ista de paragio assignata per
Donnam Mariam matrem, & Marchionissam, &
tantummodo dilata taxa, & solutio tempore mortis
Donnæ Ioannæ refutantis, non videbatur dubitan-
dum quin mortua Donna Anna fuerit in istud pe-
tendi dotem de paragio transmissam in filiam Actri-
cem, illante morte Donnæ Ioannæ refutantis, & sic
purificata conditione, vt dixit *Minad. in d. Constit. In*
6 *aliquibus, 7. notab. nu. 10. vers. & idem Petr. de Greg. in*
tract. de dot. de Parag. quest. 39. Laderch. consil. 25.

Secundo principaliter, quia dotes prædictæ com-
petebant Actrici proprio nomine vti nepti represen-
tanti Donnâ Annam eius matrem, siliâ Donnæ Ma-
riæ Marchionissæ quæ hodie reperiebatur exclusâ hæ-
te refutatione facta per Donnâ Mariam de Marchio-
nato prædicto in personâ D. Caruli de Aragonia, Du-
cis Tretenonæ filij masculi, exclusis feminis; & ideo
si ratio dotis de paragio secundum aliquos est exclu-
6 sio à feudo, vti que Actrici debetur dotes, quia inclu-
deretur representando matrem in feudo, nisi esset ex-
clusa propter dotem. *Minad. in Constit. In aliquibus, in*
3. *notab. n. 18. vers. contraria tamen opinio.* Mater autem
Donna Anna dotem cum effectu consequuta non fue-
rat, ideo dotari debet filia, & neptis ex sorore, si Dux
eam excludere præcendit. *Andr. de Sforza Constant. Comibus, in 2. lectura. col. 4. lim. 30. Minad. in loco præ-*
allegato, in verbo, filiorum, n. 75. fol. mihi 23. Petr. de Greg.
in trac. de dot. de parag. q. 4. vers. quarto infero, et in trac.
A de vita.